Quelle:
Copyright:

authoris nostri apud librorum censores vul,
,lum deprehendi vestigium.

3

S. Bonaventura Incendium amoris.

S. Bonaventura Incendium amoris. Subri,
,ca quidem praecedens est hac: "Incipit Bona,
,ventura stimulus conscientiae vel secundum
alium tytulum tractatus graduum quibus per,
,venitur ad veram sapientiam"; sed cum tot
ac tantos praesens opusculum jam tulerit titu,
,los, cum aliis omnibus praeferre placuit,
quem et ipse author libro suo tribuit, et
editores opp. S. Bonaventurae Lugd. 1668. Fol.
T. VII. p. 184 secuti sunt. Prologi duo, qui ha,
,bentur in praefata editione, in codice nostro
desunt. Initium ipsius operis est: "Cete
deri ipse tibi eam tripliciter." Contuli cum
editione, hanique a nostro Ms. in pluribus
praesertim circa finem deviare deprehendi.
Genuinum D. Bonaventurae partum esse evin,
,citur in Prodromo ad Opp. S. Bonaventurae
Lib. 8. part. 1. Cap. 2. §. 6. col. 553. In calce
librarius noster haec adjecit: "Explicit sti,
,mulus conscientiae seu tractatus graduum.
Incipit liber de stimulo amoris in dulcissi,
,mum et pyssimum Jesum Salvatorem nostrum
et habet tres partes. In prima agitur de glo,
,riosa passione. In 2da de his quae ad contem,
,placionem disponunt. In tertia de contem,
,placionis quiete et cetera." Unde

250a–257a